



Disputatio juridica inauguralis continens illustres quaestiones ex emptionis & venditionis materia

<https://hdl.handle.net/1874/342825>

16

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
CONTINENS

Illustres Quæstiones

EX
Emptionis & Venditionis materia.

QUAM
PRÆSIDE DEO TER OPT. MAX.
Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri , atque in inclytâ ejusdem Academiâ
Medicinæ Anatomes & Botanices Antecessoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicî consensu & Almae

Facultatis JURIDICÆ Decreto ,

PRO GRADU DOCTORATUS ,

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &

Privilegiis ritè consequendis ,

Eruditorum examini subjicit

OTTO FREDERIC HOUTTUYN , Haga-Batav.

Ad diem 30. Junii , horâ locoq[ue] solitis.



TRAJECTI AD RHENUM ,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA , Academiæ
Typographi Ordinarii , clc lcc Lxxxv.

Reverendo & Venerando VIRO
COENRADO HOUTTUYN
ab HEYDEN, coram Hollandiæ
Curiis Procuratori expertissimo fra-
tri suo amantissimo.

UT ET

Eruditissimis ac Consultissimis VIRIS
JOANNI ab HEYDEN de GOUDA,
J. U. D. praxin Hagæ Comitis sum-
ma cum laude exercenti, Avunculo
meo parentis instar omni observan-
tia colendo, amplectendo.
ADRIANO HOUTTUYN, J. U. D.
& coram Hollandiæ Curia Advo-
cato vigilantissimo Cognato suo plu-
rimum honorando.

Hanc Disputationem

D. D. O. S. F.

O. F. HOUTTUYN, Auct.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
CONTINENS

Illustres Quæstiones

E X

Emptionis & Venditionis materia.

T H E S I S I.



Mptio venditio est contractus, quo id agitur, ut Dominium certo pretio in aliquem transferatur i. e. d. contrab. empt.

I I.

Quam primum partes consenserunt perfectus est contractus, nec alteri invito altero à venditione licet recedere pr. Inst. d. empt. & vend. quod si tamen in scriptis fieri placuerit non aliter perfecta est, quam si instrumentum completum & partibus absolutum fuerit. Ita-

A 2

que

4 DISPUTATIO JURIDICA

que pœnitentia interea locus est , si emptor arrham quam dedit , velit perdere , vel venditor , quam accepit , duplicatam restituere *l. 17. C. d. fid. instrum.*

I I I.

Consensui adversus est error , quoties enim in materia erratur , nulla est venditio *l. 9. in f. d. contrah. empt.* Error in materia habetur v. c. si mensa auro coöperta pro solida vendatur *l. 41. §. 1. d. t.*

I V.

Conventio emptionis & venditionis est de pretio , & pretium nonnisi in pecunia numerata consistere potest *§. 2. pr. Inst. d. empt. Dissent. Hotomann. in epit. d. contrah. empt.* neque obstat huic sententiæ *l. 9. C. d. rescind. vend.*

V.

Pactum obscurum nocere potius debet venditori , qui id dixerit , quam emptori , quia potuit , re integra , apertius dicere *l. 21 l. 33. d. contrah. empt. l. 39. d. paet. l. 172. d. R. f.* Adversatur *l. 34. ff. d. cont. emp.* Nisi ex sententia *Cujacii 1. obs. 10. 9. obs. 37. & 23. obs. 31.* in verbis , quem venditor intellexerit inducas *venditor* , & reporas *emptor*. Efflagitat enim hanc emendationem quod sequitur , *Nec refert quanti sit accessio &c.* Neque enim si interpretatio sit penes venditorem , is Stichum dabit , qui sit prætiosior , sed viliorum magis. *Dissent. Hotom. 13. obs. 10. five 2. amic. resp. 10.* Hodie mediae æstimationis servum deberi , ideoque & hanc obscuram
ram

INAUGURALIS

& ambiguum quæstionem inutilem & hanc l. 34, abrogandam censet *Autumn. Cen. Gall. & conf. d. droict. ad tit. d. contrah. empt.*

V I.

Periculum rei venditæ ad emptorem pertinet , simul ac de pretio convenit , etiam si res vendita nondum sit tradita §. 3. *Inst. d. empt. & vend. l. 8. d. peric. & comm. rei vend.* eum enim debet sequi periculum , quem sequuntur lucra & accessiones : non obstat quod venditor adhuc manet dominus d. §. 3. *sub fin.* & quod periculum ad rei dominum spectat l. 9. *C. d. pignor. aet.* Hæc enim regula cessat , ubi dominus etiam est debitor & causa domini jam existit. *Dissent. Cujac. in l. 33. locat. & in tractat. ad afric. 8. Bocer. in l. 23. d. R. f. c. 4. n. 7. Borcholt. addict. §. 3. Vultej. ad pr. d. cont. empt. n. 71.*

V II.

Obligatio hujus contractus est ; Venditor tenetur ut rem emptori tradat. Emptor ut nummos venditoris faciat l. 11. §. 2. d. aet. empt. l. 25. §. 1. d. contrah. empt. Hic ad dandum l. 75. §. ult. d. V.O. Ille ad faciendum , l. 72. eod. tit. l. 4. ff. de usur. Cui consequens est , quod possit venditor traditionem effugere , præstatione ejus quod interest. l. 13. §. 1. d. re jud. l. 12. d. aet. empt. l. 4. l. si traditio. C. eod. l. 10. quib. mod. pignus l. contractus C. d. fid. instrum. *Dissent. Faber 6. conj. 17. Coras. 2. misc. 3.* Vacuum quoque possessionem tradere debet venditor , hoc est quam nemo aliter civiliter , aut naturaliter possidet l. 2. §. 1. & l. 3. d. aet. empt.

DISPUTATIO JURIDICA

VIII.

Rescinditur emptio venditio, quando venditor circumscriptus est ultra dimidium justi pretii l. 2. C. rescind. vend. Verba legis sunt de venditore, sed ratio est eadem in emptore Sand. l. 3. tit. defn. 13. Ultra contractum venditionis tamen non extenditur Idem d. tit. def. 17. ver-
su quod Curia. Nec ullo modo igitur potest extendi ad transactionem, quia in transactione veniunt res incertæ, quæ aperte rescissionem respuant, quin & ob summum favorem pacis. l. 78. §. ult. ad Sc. Trebell. l. 23. l. 16. C. d. transact.

IX.

Per donationem & traditionem instrumentorum, ipso-
rum mancipiorum donatio, & traditio facta intelligitur
l. 1. C. d. donat. Cessio quoque alicujus rei corporalis vel in-
corporalis aut juris loco traditionis est. l. 1. §. 4. l. 38 § 1. d.
acquir. poss. Unde jus cessum, mandatum & cessa posses-
sio decitur l. pen. Sult. C. mand. l. 2. C. d. donat. l. 32. §.
5. l. 39. d. donat. inter vir. & uxor. Hanc vendendi po-
testatem habet Dominus etiam ignorante ac invito suo
debitore; qui jus cessum possidit, vel cedenti debet l. 3.
l. 7. l. 8. C. d. Hered. vel aet. vend. Quæ cessio utile jus
acceptanti confert l. pen. Sult. C. eod.

X.

Si hæreditas sit vendita, neque amplius, neque minus
juris emptor habere debet, quam apud hæredem fu-
tum erat, l. 2. d. hæred. vel action. vend. unde per ven-
ditionem in emptorem transit omne jus hæredis tam
præsens

præsens quam futurum d. l. 2. pr. & §. 4. non tamen quod ante venditionem perii d. l. 2. §. 1.

X I.

Multi volunt portionem deficentis hæredis ad emtorem pertinere jure accrescendi, & hoc probare conantur arg. l. 2. §. 4. & 9. d. hæred. vel act. vend. tum etiam per l. 33. §. 1. d. usuf. Duar. 2. d. jur. accres. 6. Rober. 3. anim. 12. etsi enim emptor non sit hæres, sufficit quod jus hæredis sit consecutus. Sed contrarium mihi veri similius videtur. Absurdum enim & satis enormè est, emptorem hæreditatis id accipere, de quo contrahentes nequidem cogitarunt: Suam partem cohæres vendidit, sed de parte alterius cohæredis nihil dictum, nihil actum, Verior igitur & magis rationi consentanca est negativa.

X I I.

Potest, dum res est integra, conventione nostra, infecta fieri emptio l. 2. l. 3. l. 5. §. 1. d. rescind. vend. l. 2. C. quand. lic. ab empt. disced. §. ult. quib. mod. toll. oblig. Secus igitur est si res non est integra d. l. 2. Aristo vero existimavit, etiam re non integra, discedi pacto ab emptione posse: restitutis videlicet secundum fidem pacti, re & pretio. Idemque sensit Gordianus in l. 1. C. d. tit. quand. lic. ab emp.

C O-

COROLLARIA.

I.

In mutuo fit alienatio.

II.

Mulier in testamento testis esse nequit.

III.

Maritus constante matrimonio est dominus dotis.

IV.

Filio ex heredato recte tutor datur.

V.

In vita non datur Curator.

VI.

Princeps legibus est solutus.

F I N I S.